




Programma De Nato Christo

Vollständiger

- Titel:** Programma De Nato Christo: publice propositum Scholae Gorlicensi, ipsis feriis natalitiis, Anno 1603. ineunte
- PPN:** PPN769169155
- PURL:** <http://resolver.staatsbibliothek-berlin.de/SBB0000F92C00000000>
- Erscheinungsjahr:** 1603
- Signatur:** 28 in: Ah 10940
- Kategorie(n):** Historische Drucke, Allgemeines / Wissenschaftskunde / Literaturgeschichte
- Projekt:** Preußen 17 digital - Digitalisierung des im VD 17 nachgewiesenen Bestandes preußischer Drucke der Staatsbibliothek zu Berlin
- Strukturtyp:** Monografie
- Seiten (gesamt):** 21
- Seiten (ausgewählt):** 1-21
- Lizenz:** Public Domain Mark 1.0




Ah 10940: S16

Nur f. LS u. A.

80

~~80~~




18
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.

Vol. misc.: Frankfurter akademische Gelegenheits-
Schriften 1580-1606. 54 Nummern.

1. Weinrich, Car.: Thema Politicum. Francof. a. O. 1605.
2. Concilium Regis Latini ex XI. Aeneidos. ib. 1605.
3. Schosser, Frdr. & Mummer, Ad.: Quaestio num A'roxi'iq'ss sint
dicendi fortes. ib. ca. 1600.
4. Crugerius, Paner.: Oratio... ma Trimonio... Friderici Ducis Silesii.
ib. 1589.
ib. 1605.
5. E'v'q'ui'ci Dn Joanni Minori. ib. 1605.
6. Trygophorus, Caleb: Post... funus... Mart. Weinrichii... Orat. ib. 1606.
7. Neander, Chph.: Oratiuncula In fun... Hevulae... Pelazgi. ib. 1600.
8. " " " " Jo. Wolf I. ib. 1605.
9. Trygophorus, Cal.: " " Ad. Menzelii. ib. 1605.
10. Wirben, Hincò à: Ad colonendas exequias... Elisabethae...
Setser... invitat. ib. 1606.
11. Neander, Chph.: Ad funus Jo. Viriani invitat. ib. 1606.
12. Maltzan, Ge. v.: Ad exsequias... Ad. Menzel... invitat. ib. 1605.
13. Ebert, Jac.: Ad funus... Churq. Vogleriae... invitat. ib. 1605.
14. Schenck v. Landsberg, Joh. Otto: Progr... Memoriae... M. Wolfraasii. ib. 1604.
15. Maltzan, Ge. v.: Ad Paschatos... celebrationem... invitat. ib. 1605.
16. Schosser, Joh.: Philos. cand^{us} ad petendos honores philos. invitat. ib. 1605.
17. Ebert, Jac.: Ad... exequias... H. de Stralendorff... invitat. ib. 1605.
18. " : Ad funus... Valent... Pistorii... invitat. ib. 1605.
19. " : Ad exequias... Cathar. Cnospeliae... inv. ib. 1605.
20. " : Ad festivitatem... in qua... M. Benckendorff... Chph.
Henschero... Summos in U. J. honores... conferet... inv. ib. 1605.
21. Neander, Chph.: Ad exequias... Mart. Weinrich... inv. ib. 1606.
22. " : Ad... Pentecostes... celebrationem... inv. ib. 1606.
23. " : Ad exequias... Annae (Wenecl)... inv. ib. 1606.
24. " : Ad justa funeris... Esaiiae Appol... inv. ib. 1606.

25. Arnold, Balth.: Carmen... de... redemptoris Nostri... natiuitate.
Francof. 1605 od. 1606.
26. Falkenhain, Joh.: Meditatio de spiritu sancto. Gorlic. 1604.
27. Schwartz, Joh.: Eleg. Carmen ad Jesu Chr. ... cunas. ib. 1603.
28. Falkenhain, Joh.: Πρόλογος de nato Christo. ib. 1603.
29. Joanni Schossero... Festivam noninis solennitatem... indicunt
... Commensales. Frankf. 1604.
30. Festivitate mystiarum... Joh. Heunii. ib. 1604.
31. Nuptiarum honoribus... Joh. Musonii. ib. 1605.
32. Timaeus, Joh.: Σύμβαση Πιερίου Νυπτιῶν... M. Holtshauseri.
Ligiz 1603.
33. Erytraeus, Joh.: Cento Virgilianus nuptis... Jac. Rindfleisch. Gorlic. 1604.
34. Papa, Fridr.: Victoria Christi resurgentis. ib. 1604.
35. Sacro nuptiali... Tonae Voit. Prag 1604.
36. Vota Encomiastica Joanni Crugerio. Frankf. 1605.
37. Falkenhain, Joh.: Αλκυονίς. Gorlic. 1604.
38. Crausius, Joh.: In obitum... Mariolae et Sigism. ... Petrovici...
Lachrimae. ib. 1604.
39. Crugerius, Pancr.: De... familijs Schuicheldia & Hoimia. Helmst. 1580.
40. " : Opt. artium studiosis S. D. Frankf. 1575.
41. " : Proge. Quo Juventutem ad... studia... hortabatur. ib. 1601.
42. " : D. Joachimo Garcaeo... Saganam... abeunti. ib. 1574.
43. " : Ad petendos honores Philos. ... invitat. ib. 1604.
44. " : Hermannus Dorne... In ord. Senator. ... cooptato S. ib. 1577.
45. " : Ad Christ. Guil^{um}... acclamatio. ib. 1604.
46. " : Memoriae Alph. Corneri. ib. 1574.
47. " : " Thom. Fabricii. ib. 1574.
48. " : " Math. a Logau. In Ligior. Metrop. 1573.
49. Petargus, Alph. & Crugerius, P.: Τάμπελα... Maat. Bencken-
dorfis. Francof. 1574.

606.
607.
608.
609.
610.
611.
612.
613.
614.
615.
616.
617.
618.
619.
620.
621.
622.
623.
624.
625.
626.
627.
628.
629.
630.
631.
632.
633.
634.
635.
636.
637.
638.
639.
640.
641.
642.
643.
644.
645.
646.
647.
648.
649.
650.
50. Gallus, Hieron.: Gratulatio... Christiano Wilhelmo;
March. Brandeb. ... Cum primas Germaniae ... inau-
guraretur. Francof. a. O. 1578.
51. Trygophonus, Caleb: Philos. candidatus S. P. ib. 1605.
52. Crugerius, Pancr.: Memoriae... Dav. Chytraci. ib. 1600.
53. Scholtz, Balth.: Ποτῆς ποτῆς ἐσῶν κὼρ... Joanni
Volgenart Sponso. ib. 1605.
54. De studijs ... Pancr. Crugerii... Testimonia. ib. 1604.



ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ
D E N A T O
C H R I S T O,

publicè propositum

SCHOLÆ GORLICENSI,
ipsis ferijs natalitijs,

Anno

1 6 0 3.

incunte,

à

*M. Johanne Falkenbain Gorlicio,
Collega docentium in schola
patria.*



G O R L I C I I

Exscriptum typis Johannis Rhamba.

IAROSLAVO SMIRZIZKY,
L. Baroni à Smyrziz, &c.
Bohemo:

☉
NICOLAO THEOKEOLI,
L. Baroni in Keismarck, &c.
Vngaro:
Adolescentibus generosis.

Consecro rude carmen, inq; cultum
Vobis, indolis optima propago,
Et spei generosioris ambo,
IAROSLAV, simulq; NICOLAE.
Sed cur auspicio atq; mentione
Vestri nominis hanc sine evolare,
Implumem volucrum polum sub alium,
E nido tenui anserem strepentem?
Cur Vos seligo, ceteris relictis
Baronum: scola nostra format Avit
Quos bonis studiis sacra & profana?
Non edo auspicio meo meum istum
Factum, Verùm alieno: ut inde Vobis
Constet omnibus, in scola quot ceteris
Hac, nostra omnia dirigi ad salutem
Vestram consilia, & laborem in usum:
Osservetisur hac, ut & sciat
Præcepta exprimere adione, Voce:

Ut exercitia hac sacra possis
Dycentes imitando, sat remoto
Conatus spacio meos relinquunt,
Vobis præ reliquis dico: quod ambo
Baronum quasi ducitis eberum: quod
Progressu studij loca obrinetis.
Nostra prima scola: quod à remotis
Estis finibus, ad recens bovile
Nati Regis, iter velut Sophorum,
Vestram instar sacula in dolem secuti.
Hoc jam sumite testimonium à me,
A nobis abituri uterq; Vira
Hic acta, & studij scola probati.
Sic sic perzite spem bonam futura
Virtutis dare Seruditionis:
Ut cum fenore colligatis olim
Dignam senege nova satiq; messem,
Hoc in auspiciam præcor novi anni.

Autor.



ΠΟΙΗ ΤΗΣ ΧΡΙΣΤΟΥΓΙΑΣ.

CHRISTE, tuus Natalis adest, celebrandus is omni
Tempore, præcipuè brumali frigore: quo Te,
Summe Monarcha Deum, rerumq; hominūq; repertor,
Fabrica spreta hominem peperit tua paupere tecto.

Quamvis Vita tua exemplorum plena bonorum:
Multa tamen nobis in primo limine Vitæ
Occurrunt, homines quæ non imitentur adulti.
Discite Virtutis studium, verumq; laborem
Ex CHRISTO, CHRISTI qui in nomen discitis ire,
Conatu interea contenti: imitabile non est
Exemplum: superant nostrum Cælestia captum.
Multa simul vos Virgo parens, & Turba monebit
Cætera, quæ CHRISTI supplex cunabula adorat:
Quæ meminisse olim, dixisse, egisse iuvabit.

Principio IOVA Genitus, quo maior in auras
Nunquam prodibit, quem non capit ambitus Orbis,
Se folio, regnoq; imas demittit in oras,
Servitum seruo Generi, seq; abijcit infra
Omnes abiectos, de spreta Virgine natus:
Ut faciat dominos rerum, hæredesq; salutis,
Et quibus excidimus, Nos sedibus Ipse reponat.
Submissum se adeo gessit DEVS: arce locaret
Ut Nos sublimi: simul ut constaret, alumnos
Non dignaturum CHRISTVM, non virvida membra
Sublimes Animas, peregrino Pectora fastu
Turgida, sed Turbam abiectam, sine nomine Turbam.
Grande decus mirumq; atate superbia nostra:
Inflatas si sic doceat turgescere buccas:

Obtutu ut teneant sub cælum lumina eodem,
Non ut fixa solo: wah quanta futura! Deorum
Si lateri se iungat, & illos passibus æquet.
Vires ò lutei, Genus ò umbratile, Bullæ,
Cereæ & ò Figmentæ, ò momentanea Imago:
Quantumvis plenis se vester Spiritus inplet
Follibus, atq; Tumor partes turgescat in omnes:
Non tamen extollet, sed sese tollet, hiatu
Pelliculam penetrans ingenti sutilis Vtris.
Cum Stygius Phæthon vetitos ascenderet axes,
Et pro Iustitiæ SOLE, affectaret habenas
Alipedum cæli: cum iam data lora teneret:
Ecce novum Aurigam, maioraq; viribus ausum
Effundere rota: flammis telog; secutus
Præcipitem Sator altitonans ad Tartara adegit.
Quid mihi Narcissus iactat Babylonius, Orbis
Magnus Herus, magnæ Babylonis conditor? Hac est
Illa ingens Babylon, æquatq; machina cælo,
Quam nostræ fecere manus: quæ tanta futura est
Æqua meo Ingenio solertia, quævé Potestas
Par maiorûe mea? quid debeat amplius addi,
Non video: maior nobis Prudentia fato,
Maiores & Opes: sum Me formosior ipso.
Verum ò quam subito mente abbrutescit adempta,
Cæcus amore Sui: solio sceptrisq; relictis
In loca sola fugit, nudog; sub ætheris axe,
More fera, in silvis pallentes ruminat herbas.
Inunc, & Numen dictis offende superbis,
Aut factis: odit fastus, mentesq; protervas,
Affligitq; solo: contra non vana tumentes,
Demissasq; fovet, solioq; in vitat honore.
Ergo sibi matrem, non magnificam atq; potentem

Legit

Legit Heram CHRISTVS, non natam regis in aula,
Verum eductam inter fusos ac pensæ Puellam,
Contentam, famulæq; instar rerum omnium egentem:
Reginis Dominisq; hanc prætulit omnibus unam.
Felix Virgo animi subiecti supplice gestu,
Felix simplicitate tua: cui præ omnibus uni
Virginibus, præ Matronis IOVA credidit Orbis
Summum Deposita, cæloq; soloq; stupendum.
Cum non tanta foret, nec erit: Tu quanta fuisti,
Facta DEO: sublata nihil sunt pectora: nondum
Intumuit cum ventre animus: sed pristina mansit
Simplicitas, venerata latens sub pectore Numen.
Tales ô animos, qui CHRISTO ducitis ævum,
Sumite, tamq; humiles, flatusq; remittite, si quos
Incipiat vobis spirare secundior aura.
Natus item est homo gentili sub Cesare CHRISTVS,
Nos assuefaciens, Dominis parere quibus vis:
Dummodo non Domini interpellent iura supremi:
Atq; docens, cæli ad fasces, ad regna vocari
Iudeos Gentesq; simul discrimine nullo,
Acceptos Superis, quicumq; ubicumq; locorum
Vita animosq; probant, se ardere Tonantis amore.
Alitum Regina suos, quos parturit ovis
Exclusos fetus, obversos lumine sistit
Ad Solis radios: obtutu monstrat eodem
Phœbeas spectare faces: immota tenentes
Ora, suos agnoscit & educat: at sua retro
Exturbat nido flectentes lumina pullos.
Sic CHRISTVS non curat Opes, non Orbis Honores,
Sed stabili IOVAE devinctum Pectus amore.
Non ergo magni Proceres Herodis ab aula,
Pontifices vè sacri Solymorum ex urbe vocantur

Ad cunas CHRISTI: nihil Isti Numina curant:
Custodes pecorum ex agris, vilissimaturba
Iudææ, & Persa procul ex Oriente profecti.
Civis & externus, doctusvê rudisvê sit ille,
Dives egensvê, DEO nullo discrimine habetur:
Regis amore recens nati si flagret uterg.
Tu quoq;, cui propius Superos accedere mens est,
Tu ne temne aliquem: DEV S est pater omnibus idem:
Omnibus ille offert undamq;, auramq;, patentem.
Sunt IOVÆ cura, penetrant qui limina regum,
Quiq;, casis latitant: vel quâ se tollit eoo
Orbe, vel occiduas Phæbus declinat adoras,
Quaq;, diem repetit medium, septemq;, triones:
Omnes IOVA oculis Sui amantes aspicit æquis.
Tu idem, si tibi non dignus videaris amor
Aspectuq;, DEI: quod inops sis, fabula vulgi,
Nocturno in squalore trahas inglorius ævum,
Extorris patria incertis quod sedibus erres:
Tu ne despera: si queris pectore CHRISTVM,
Non exul, non vilis eris: sacer Ales ab æthra
Nunciat, hospitium Tibi iam cœleste pater,
Affulgere iubar Tibi verum, gaudia vitæ,
A CHRISTO acciri te fratre, tua ossa gerente,
Admittiq;, coheredem vitæq;, poliç.
Hic SOL Iustitiæ nativa luce coruscet:
Cuius ab igne Pij lunaria cornua sumunt.
Nescis, qua venias ad Eum regione viarum?
Quodve insistet iter Ratio, quo tramite pergat,
In tanta humane Mentis caligine & umbra?
Ecce, olim IOVA quam suspendit in aère stellam,
Quæ monstrabat iter CHRISTI ad cunabula Persis:
Corde tuo succendit idem iubar, æthere fulgens


S P I R I T V S ignipotens, signatq; per inuia caeca,
 Per loca Menti ignota viam ad praesepia aelli
 Et bovis: obbrutescit ubi Ratio atq; stupescit:
 Fasciolis verbi scripti, saenoq; volutum
 Evolvit Thesaurum hominum, Superumq; Nitorem.
 Huc o, qui cumulat is opes, habitandaq; recta
 Queritis, ad summos qui adeo properatis honores:
 Hic Honor, hic Patria est, hic est Opulentia vera.
 Huc o, quos iam tum ad magnos exivit honores,
 Quos Dominos rerum fecit, mundi q; potentes
 IOVA, quibus spirat reliquis felicius aura:
 Qui celsas cathedras, sacraria habetis & aras:
 Fidite ne rebus vanis & honoribus, huius
 Posthabito Domini & verae pietatis amore:
 Sed sacras mitras, sed opes, fasces & honores,
 Et quae praeterea bona sunt, quae suspicit Orbis,
 Falsa bona & peritura brevi, submitтите CHRISTO.
 Sed quid agunt? paucis, animos advertite, dicam.
 Nonnulli CHRISTVM in Sanctis rerum omnium egenum,
 Ieiunum, frustra q; avido auras gutture hiantem,
 Et non esurie confectum & frigore, nudum,
 Osibus haerentem vix, & genua agra trahentem
 Destituunt, longe q; suis a sedibus arcent.
 Pars ex Harpyijs humanam imitata figuram,
 Insultat CHRISTO, sorbet fugitq; medullam,
 Visceribusq; sacris & sanguine pascitur alvum:
 Nec prius absistit, quam sit saturata cruore.
 In stabulo pannis immundo, CHRISTE, iacebas
 Obsitus, esuriensq;: absunta viatica: nusquam
 In rigido populo spes est stipis ulla petenda.
 Quo victu solare famem? en Orientis onusti
 Adsunt muneribus Persae: dant thuris odores.


Dant

Dant solidas auri glebas, statetq; liquorem.
Sic Iusti in Domino nunquam Nutricis egebunt:
Nunquam deseribis Dominus patietur & orbos,
Aut mendicata ceu fucos vivere quadra.
Nam qui Numen habent, illis penuria nulla est.

Hac ego praefari solito de more volebam
His natalitjs sacris, non ardua, nullo
Cultu exquisito, nullo vestita colore.
Plura monenda forent: verum arcto limite clausus
Non attingo: pjs Animis meditata relinquo.

F I N I S.





2

Miss - u School Prays


SBB




N12<128572719010

31

L



2



Staatsbibliothek
zu Berlin
Preußischer Kulturbesitz

Musik- u. Schul Progn

L

SBB

N12<128572719010

31